K r
3136

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0004-2

11. 92

DE MATRIMONIIS INÆQVALIBVS COMMENTATIO

AVCTORE

TOBIA GODOFRED. HEGELMAIER

THEOL. PROF. P. O. IN ACAD. TVBING.

P. 392.

Kr 3136

TUBINGÆ

IN OFFICINA LIBRARIA JOH. GEORGII COTTÆ

1786.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0005-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0006-4

CONSPECTUS.

INTROITUS oſtendit, aliquam huius cauſæ cognitionem etiam Theologis competere.

TRACTATIO agit

1) de Matrimonio, quod Deus inſtituit §§. I. II.

2) de variis variarum gentium circa propagationem moribus ac inſtitutis; nimirum.

a) de Venere vaga §. III.

b) de Polygamia,

α) inter plures viros & unam fœminam, ſeu Polyandria §. IV.

β) inter unum virum & plures fœminas, ſeu Polygamia ſenſu ſtricto, eaque

א) ſucceſſiva §. V.

ב) ſimultanea §. VI.

c) de Concubinatu, eiusque variis ſpeciebus §. VII.

α) cum pluribus ſimul foeminis, pro lubitu mutandis §. VIII.

β) cum una tantum, ad tempus adſcita §. IX.

γ) cum una, ſub fide perpetua, promiſſa etiam ſobolis cura §. X.

δ) cum una, ſed inferioris conditionis fœmina, ſub pacto ſingulari, quo tam concubinæ quam eius liberis proſpicitur. §. XI. Heic iam concubina aliquam uxoris perſonam induit, ac matrimonium naſcitur, verum quidem, at inæquale; cujus proferuntur

א) fundamenta

1) diſtinctio hominum in diverſas claſſes, dignitate impares §. XII.

2) conſecratio conjugatorum ſacerdotalis, ſive adhibita, ſive neglecta §. XIII.

ב) variæ ſpecies §. XIV. utpote

1) Matrimonium ad Morganaticam, eiusque

a) natura ſeu forma §. XV.

b) Origo §. XVI.

c) Auctoritas §. XVII.

2) Matrimonium conſcientiæ §. XVIII. Utrumque verum matrimonium eſſe, doctorum ſuffragiis confirmatur §. XIX.

3) Matrimonium ad manum ſiniſtram; idem in quibusdam cum prioribus, in quibusdam diverſum §. XX. Illius

a) exponitur, verbis *perilluſtris* Carmeri,

α) occaſio & quaſi - neceſſitas §. XXI.

β) Univerſa ratio

א) quoad uxorem ipſam §. XXII.

ב) quoad ſuſceptos liberos §. XXIII.

b) determinatur valor moralis: *Nihil illud in ſe habet turpitudinis, nec tamen meretur commendari*: quia

α) plurimorum divortiorum cauſa exſiſtere debet §. XXIV.

β) robur civitatis in ſola civium multitudine conſiſtere ſupponit, quæ ipſa tamen his matrimoniis parum ſeu nihil augetur §. XXV.

γ) victas quaſi manus dat luxui, qui potius vinci, certe limitari & debet & poteſt §. XXVI.

δ) nimis auget plebem, minuitque numerum civium cultiorum magisque utilium §. XXVII.

ε) nulla ratione comparari poteſt cum iuſto ac pari matrimonio, ex deſcriptione *Ven.* Milleri §. XXVIII.

ζ) affectum in genitoribus paternum, in genitis filialem ſupprimit, ſi non exſtinguit. §. XXIX.

η) aggravat difficultates domeſticas, haud evitandas, gignitque novas, ſibi proprias. §. XXX.

CONCLUSIO.

Haud

* * *

Haud videmur nobis extra oleas vagari, dum argumentum de *Matrimoniis inæqualibus* diſquiſitioni theologicæ ſubjicimus, quod multi ad forum mere politicum pertinere exiſtimabunt. Neque vero etiam nobis animus eſt, rerum civilium moderatores ab hujus cauſæ cognitione excludere; ultro potius concedimus, ejus generis inſtitutum eſſe matrimonium, ut, ſemota omni Scripturæ ſacræ auctoritate, quid honeſtum, juſtum, decorum circa illud ſit, per ſe noſſe ac ſtatuere poſſint Imperantes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0009-4

Matrimonia ad conſervandam, novaque ſubinde ſobole augendam, civitatem ſpectant; ergo etiam cura eorum iis ipſis aſſignari debet, quorum eſt, univerſam reipublicæ curare ſalutem. Itaque, ſi etiamnum fuerint inter Jureconſultos, qui ægre ferant, quod Theologi admittantur in dijudicandis cauſis matrimonialibus, quaſi, niſi Papa in meſſem ſibi prorſus alienam falcem olim immiſiſſet, nihil ejusmodi unquam exſtitiſſet, ſuo illi ſenſu abundent; nec tamen eapropter cauſam noſtram nos deſerimus. Plurima quoque heic pendent a principiis honeſti ac juſti univerſalibus, quorum fontes non æque recluſos eſſe Theologis, quam Ictis, nemo dixerit. At vero, ſi conſideramus, quas abſurditates, ineptias, foeditates nobis offerat res matrimonialis earum gentium, ad quas nulla divinæ revelationis cognitio pertigit [a]), profecto ingratiſſimi ſunt, qui alto jam ſupercilio contemnunt fontem, ex quo meliora hauſimus. Ita quidem ſemper tulit humanum ingenium, nimio ſui amori indulgens, ut ſibi tribuat, quod rectius referret ad alios; at nullo unquam tempore hæc animi impotentia manifeſtius ſe

a) Multa huc pertinentia congeſſit Sam. Pufendorfius *de I. N. & G. L. VI. Cap.* 1. §. 4. ſqq.

ſe prodidit quam hodie, quotiescumque, quid ex nobis ipſis habeamus, quid ex Scriptura, quæſtio ſit. Sed nihil iſta jam ad nos; hoc unum volumus: ſi ſexcentæ detegantur in matrimoniis relationes & nexus, quibus cum civitate & cum bono civitatis publico intime cohærent, tamen audienda erit Scriptura quoque, quousque illa de hac re ſive narrat, ſive etiam præcipit; itaque nec arcendus erit ab hujus argumenti evolutione Theologus, Scripturæ interpres. Neque tamen ex uberrimo hocce fonte quicquam ad irriganda noſtra prata derivabimus, niſi quod noſtrum præciſe ſcopum feriat. Tam immenſa eſt in argumento matrimoniali rerum dicendarum copia, ut, ſi enumerare tantum ſingula vellemus, inſtituti noſtri limites minerare grandi eſſent. Hos vero ita deſignatos volumus ut diſcrimen, quo *Matrimonium inæquale* tum ab æquali, tum ab aliis conſociationum, quæ inter utrumque ſexum obtinere poſſunt, ſpeciebus differat, diſtincte exponamus, ſicque oſtendamus, poſſe aliquid in ſe non eſſe turpe, quod tamen commendari nullo modo mereatur.

§. I.

Si recte aſſeritur, Deum ſemper eligere optimum, plana eſt concluſio, illud matrimonii exemplar eſſe perfectiſſimum, quod a Deo ipſo nobis fuerit deſignatum atque deſcriptum. At vero, Deus plus fecit; non tantum adumbravit, in pictura quadam rudiore, quid & quale eſſe debeat matrimonium, quod ipſi placeat; ſed ipſe auctor ejus exſtitit, primosque homines in hanc conſociationem coire juſſit, ut creator & dominus; immo etiam ſcopum ejusdem definivit, ſpemque hujus obtinendi primis conjugatis ea ratione fecit, qua non poterat, niſi qui, uti hominum, ſic omnium rerum abs ſe creatarum rex eſſet atque moderator ſummus.

§. II.

Dum itaque Deus *unum marem unamque fœminam*, neutrius vero ſexus plures, primum exſiſtere, & connubio jungi voluit, Gen. I. 27. V. 2. coll. Matth. XIX. 4. aperte ſtabilivit *Monogamiam*; dum *impleri* ex hoc uno matrimonio, vi benedictionis ipſi impertitæ, *terram voluit* Gen. I. 28. coll. Act. XVII. 26. naturalem propagandi modum, cujus appetitum, uti aliis animantium ſpeciebus, etiam humanæ, ipſe indiderat, approbavit, ſuaque benedictione quaſi ſanctificavit; ſimul vero, dum ita naſci homines debebant, ut ſine parentum cura durare haud poſſint, multo minus aliis finibus, a Deo intentis, ſufficere; homines docuit, ſcopum matrimonii eodem jure ad educationem

ſobolis, quo ad ejusdem procreationem, tendere; cumque hoc ipſum commune utriusque parentis officium eſſe debeat, quia utrique ad procreationem æque concurrunt; voluit quoque Deus, ut communi opera in educanda prole verſentur, in eaque re, quam maximi momenti eſſe, omnes agnoſcunt, feliciter peragenda, ſe mutuo adjuvent, quemadmodum generatim teſtatus eſt Deus, ſe *homini uxorem in adjumentum* dare; Gen. II. 21. quod non ſine ratione latiſſime interpretamur, neque ad concubitum maxime reſtrictum volumus b). Dum porro Deus in toto ſermone, cujus objectum, primum matrimonium erat, Gen. I. 28. 29. eodem modo & marem & fœminam allocutus eſt, neutriusque potiorem rationem habuit, id quoque ſignificavit, utrosque qua conjuges, qua parentes, qua educatores, iisdem teneri juribus, iisdemque obligationibus. Denique etiam gradum affectus determinavit, quem ſibi mutuo debeant conjuges, dum intelligentiam Adami ſic elevavit, ut, viſa uxore, & *carnem ſuam* & *ſua oſſa* in ea cognoſceret; Gen. II. 23. in quam ſententiam v. ſeq. ſic commentatus eſt Moſes, ut tolerabilius judicaret, *ſi quis ex domo paterna exeat, arctiſſimoque vinculo, quod parentes & liberos jure copulat, renunciet, quam ſi quis ſuam dimittat uxorem, nec eodem cum affectu conſtanter ei adhaereat* c). En ſingula ingredientia primi matrimonii, quod Deus ipſe inſtituit, ratumque habuit; quod

 ſi

b) Quaſi Deus adductis animantibus, ſe forte in conſpectu Adami commiſcentibus, ſimilem appetitum in primo homine excitare voluiſſet. Vid. Ioh. Dav. Michaelis ad hunc loc.

c) Vid. iterum Michaelis l. c.

ſi nobis hominibusque omnibus in exemplum quoque propoſitum eſſe ſtatuamus, & omne matrimonii genus damnemus, quod magis minusve ab hoc exemplari abludit; nemo facile refragabitur, niſi qui improbandum ſibi putet, quicquid ex Scriptura ducitur argumenti; ita enim hæc matrimonii idea fundamentalis eſt, ut nationes ſatis multæ, veri Dei cognitione deſtitutæ, nominari poſſint, quæ, ipſa natura duce, modo in his, modo in illis, eandem ſecutæ ſunt ſententiam. Sed videndum jam, quo & quam multiplici modo vel depravarint homines, vel prorſus excuſſerint in hac cauſa veri rectique ſenſum, a natura ipſis ingenitum.

§. III.

De *vaga Venere* nihil dicimus, quæ matrimonii aliquam ſpeciem ne mentitur quidem. Eſt potius bruta quædam, brutorum ad inſtar, libidinis expletio; eſt actus intra terminos mere phyſicos ſubſiſtens, in ſe nihil habens moralitatis; imputabilis tamen homini, & damnabilis in ſuis cauſis, atque in ſuis effectibus. Dubitamus etiam, num certum exemplum Hiſtoria norit, quod integra aliqua natio in vaga venere, tanquam inſtituto legitimo, ſui conſervationem & propagationem quæſiverit. Conſtat quidem ex recentiſſimis Itinerariis, inſulæ *Otaheiti* aliarumque nonnullarum mulieres ſui copiam navigantibus Anglis lubentiſſime, non repugnantibus maritis, feciſſe, vel adeo obtuliſſe: ſed plus hæc non probant, quam ſummam morum corruptionem, & contemtum, ſive etiam ignorantiam, jurium & obligationum matrimonialium; ac nihi-

nihilo minus matrimonium eſt, ubicunque ſunt maritus & uxor. Neque perditiſſima illa *Babyloniorum*, *Cypriorum*, aliorumque veterum populorum, inſtituta huc pertinent, quibus, ad cultum Deae Veneri præſtandum, omnis generis conditionisque fœminæ ad turpiſſimos concubitus invitabantur; hoc enim pacto matrimonia ipſa tanto magis immaculata ſervari, ſi non credebant, certe prætendebant; cujusmodi quid, ac pene ſub eodem prætextu, in grandioribus quibusdam urbibus Europæis, in haud mediocrem nominis chriſtiani ignominiam, ſub publica magiſtratus auctoritate hodie obtinet [d]). Ejusmodi vagæ veneris inſtrumenta *meretrices*, *ſcorta* &c. dicuntur.

§. IV.

Monogamiæ opponitur *Polygamia*, eademque duplicis generis: aut enim plures viri uni fœminæ promiſcue junguntur, ſive quod idem eſt, una fœmina pluribus viris nubit; aut unus vir plures ſimul habet uxores. Prius *Polyandria* dicitur, poſterius *Polygamia* ſenſu ſtrictiori & magis uſitato. *Polyandria* paucos nacta eſt patronos, nec quam directe illa primæ matrimonii inſtitutioni repugnet, opus eſt, ut dicamus. Allegantur, quidem plura hujus rei exempla à Pufendorfio [e]), ſed in plurimis dubium eſt, num ſenſus Scriptorum, qui teſtes proferuntur, rite capiatur. Plurima enim a nationibus ducuntur remotiſſimis, quarum vitam privatam nunquam rite cognoverunt

d) Vid. *Oeconomiſche Encyclopaedie P. XXVI. p.* 671. *ſqq.*

e) *De I. N. & G. L. VI. Cap.* 1. §. 15.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0015-4

verunt exteri f). Philoſophus quidem fingere ſibi poteſt rempublicam, quod Platonem feciſſe conſtat g), in qua, omni omnium rerum proprietate ſublata, neque uxor mariti, neque liberi aliqua parentum proprietas ſint, ſed pleno jure unice ad civitatem pertineant, quo modo omnium rerum communio introduceretur. Hæc vero civitas, ſi nonniſi multam, ſanam & robuſtam ſobolem pro ſcopo habeat, poterit ſane univerſum procreandi negotium publico nomine ſic inter cives diſpertiri, ut uni fœminæ plures darentur mares; cujusmodi quid *Lycurgum* Lacedæmone inſtituiſſe Plutarchus refert in ejus vita. Locum huc pertinentem, quem transſcribere pudet, Pufendorfius exhibet h). Nec tamen ſic una fœmina plures haberet maritos, cum omnis matrimonii idea a tali proproſo inſtituto prorſus exularet. Vicit itaque in hoc naturalis illa parentum in liberos ϛοργη, primæque matrimonii inſtitutioni eatenus teſtimonium dedit, quod inter innumeras & infames gentium aberrationes tamen haud inventa eſt natio, quæ, vel data lege, vel uſu & conſuetudine, faverit Polyandriæ.

§. V.

f) Quod ipſum ſine dubio quoque de *Iroqueſis Tſonnonthuanis* valebit, de quibus Joh. Pet. Miller. *in der Fortſez. der Mosheimiſchen Sittenlehre T. VIII. p.* 81.

g) *De Rep.* L. V. Τȣ μεγιϛȣ αρα αγαθȣ τη πολει αιτια ἡμιν πεφανται ἡ κοινωνια τοις επικȣροις τωντε παιδων και των γυναικων. *T. II. p.* 67. *Edit. Ald.* 1513.

h) *De I. N. & G. l. c. p.* 819.

§. V.

Polygamiae, ſenſu ſtricto dictæ, ubi unus maritus plures alit uxores, alia aperte ratio eſt; ſermo autem eſt de Polygamia non *ſucceſſiva*, ſed *ſimultanea*; nec poſſumus ſatis mirari, potuiſſe unquam Eccleſiam græcam eo delabi, ut Clericis certe ſecundis nuptiis interdiceret, atque hodienum interdicat. Quamvis enim Paulus totidem verbis id poſcere videatur 1 Tim. III. 2. Tit. I. 6. nobis tamen perſuaſum eſt, facile ad hanc difficultatem reſponderi ex 1 Cor. VII. 15. Fieri quippe tum non raro potuit, ut maritum, chriſtiana ſacra amplexum, ſequi nollet uxor, ſive iudæa ſive gentilis, quod vero maritum, ſic ſine ſua culpa deſertum, non debebat impedire, quo minus aliam, chriſtianam, duceret. Voluit itaque Paulus, ut qui hoc ſenſu bigamus eſſet, cujus prima uxor adhuc inter incredulos viveret, altera vero cum ipſo habitaret, in presbyterum ſeu epiſcopum haud eligeretur, ſine dubio, ne aliqua bigamiæ ſpecie, infirmioribus in cognitione, offendiculo eſſet quisquam, ad gubernandam Eccleſiam conſtitutus. Miramur, Cel. Millerum [i]) huic interpretationi id maxime oppoſuiſſe, quod Paulus in eadem ad Timotheum Epiſtola in diaconiſſam eligi prohibuerit viduam, niſi γεγονυιαν ἑνος ανδρος γυναικα, *quae unius viri uxor fuerit*; cum tamen apud hanc eadem relatio ad primum, adhuc viventem incredulum, & ad ſecundum, chriſtianum, utut defunctum, maritum, locum habe-

i) *l. c. p.* 84.

habere potuerit, quæ in candidato epiſcopatus poterat deprehendi. Hoc certum eſt, atque certiſſimum, ſecundas, tertiasve nuptias æque ac primas eſſe poſſe inſtitutioni matrimonii conformes, ad eosdemque tendere fines, ut nulla appareat ratio, cur ulli inter chriſtianos ordini minus illæ convenire dicantur. Quæ Grotius huc affert k) ex moribus gentium ethnicarum, apud quas ſecundæ nuptiæ minus honoratæ, alicubi etiam pœnis nonnullis coercitæ fuerint, ea parum nos movent. Apud eos enim, qui venereis exceſſibus extra matrimonium tam licentioſe indulgebant, uti ſupra vidimus, non poterat non in ſumma temperantiæ laude poni, ſi quis ſua ſponte a ſecundis votis abſtinebat. Quod vero ad aſſenſum Patrum ſpectat, ad quos idem Grotius provocat, ex quibus tandem univerſa iſta lex de non iterandis nuptiis, dura ſane & inſtitutioni matrimonii prorſus adverſa, in omnem ordinem Græcorum eccleſiaſticum fluxit, id ex monachatu derivamus, cujus jam tum ſemina ſparſa erant ſatis luculenta.

§. VI.

De Polygamia *ſimultanea* breves erimus. Nolumus enim fabulam toties actam in ſcenam reproducere, neque genius ſeculi id poſtulat, quo excitandi potius cives ſunt, ut unam ducant uxorem, quam dehortandi, ne ducant plures. Scripta, ad celebrem hanc cauſam pertinentia, copioſe recenſuit Joh. Georg. Walchius l). Patriarcharum exempla, uti in aliis mul-

k) *Ad* 1 *Tim. IV.* 2.

l) *In Bibl. Theol. Selecta T. II. p.* 1150. *ſqq.*

multis, ita nec in hoc, ad imitandum nobis propoſita eſſe, millies dictum fuit, neque unquam adeo deſudatum fuiſſet in ſolvenda hac difficultate, ſi maturius attendiſſent Theologi, multa mere narrari a Scriptoribus ſacris, quomodo contigerunt, nec ſimul vel probari vel improbari, id quod ne requirit quidem officium Hiſtorici. Id vero dubio caret, repugnare Polygamiam primævæ matrimonii inſtitutioni, cf. ſupra §. 1. cui tamen tempori, ſi cui alii, id quam maxime conveniſſe videri debet, ad eo citius plantandum diffundendumque ſuper terra humanum genus: perſpectum quoque eſt, ex quo ordinem propagationis oculo attentiore obſervarunt homines, ipſi naturæ Polygamiam repugnare. Etenim, cum, re in omni ſuo ambitu ſpectata, idem pene numerus infantum utriusque ſexus in lucem edatur, & ſi alter ſexus alterum ſuperet, maſculus ſuperet m); agnoſci debet, ipſam naturam cuique puero ſuam quaſi deſignaſſe puellam, quem naturæ ordinem plane evertit Polygamia, quæ locum non habet, niſi *unus* ſibi vindicet fœ-

m) Vid. Sigism. Jacobi Baumgarten *Diſſ. de Polygamia ſimultanea illegitima. Halae* 1739. ubi ex Bernh. Nieuwentyt libro: *Erkenntniß der Weißheit, Macht und Güte des göttlichen Weſens aus dem rechten Gebrauch der Betrachtungen aller irrdiſchen Dinge dieſer Welt*, affertur, ab anno 1629 usque ad 1710 numerum marium in urbe Londinenſi editorum ſingulis annis ſuperaſſe numerum fœmellarum, ſic ut annis 82 in unam ſummum computatis, ratio marium ad fœmellas eſſet, uti 14 ad 13. Plenius poſtea, ut inter omnes conſtat, perſecutus hæc eſt Joh. Petrus Süſsmilch *in göttl. Ordnung in den Veränderungen des menſchl. Geſchlechts. 2 Th.* 1765.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0019-9

mellas, quæ deſtinatæ per naturam erant in uxores *plurium*. Ex quo neceſſario ſequitur, tantum abeſſe, ut, quod multis viſum fuit, propagationi faveat Polygamia, ut potius illi ipſi plane ſit contraria. Confirmatur id abundantiſſime per hoc, quod gentes πολυγαμοι frequentes alant eunuchos, quo pacto æquilibrium inter utrumque ſexum, at funeſta admodum ac probroſa ratione, quaſi reſtituitur. Hinc factum nobis eſſe videtur, ut Moſes, cum non auderet Polygamiam aperte damnare, ne reverentiam Patribus debitam violare videretur, in ſtatu eunuchorum deprimendo ſubſiſteret. Deut. XXIII. 1. [n]).

§. VIII.

Jam de *Concubinatu*, quo ipſo propius ad argumentum hujus Commentationis primarium admovemur. Noſtras haud facimus lites, a CHRISTIANO THOMASIO olim motas. Utriusque partis ſcripta iterum exhibet WALCHIUS [o]). Sed vario admodum ſenſu concubinatus accipitur, ut mirum non ſit, eum tam multos inveniſſe uti patronos, ſic adverſarios. Diſtinxerunt etiam inter concubinatum ſenſu *Hebraeorum*, *Romanorum* & *Juris Canonici*. Nobis, ut ſimpliciſſime rem expediamus, liceat generatim concubinam [p]) contradiſtinguere uxori, veræ, legiti-

n) MICHAELIS *Moſ. Recht*, *P. II.* §. 95. *p.* 128.

o) l. c. p. 1156. ſqq.

p) Vocem in pluribus linguis dudum receptam honeſtius hodie exprimi putant per gallicum *Maitreſſe*.

legitimæ, æquali, quæ publice, & ſub debitis cærimoniis, marito iuncta fuit. Num, præter iuſtam uxorem, talis concubina adſciſcatur, nec ne? in noſtram tractationem parum influit. Quisque intelligit, priori in caſu, ſi peccetur, peccari gravius: at erga cœlibem quoque & viduum non minus ſtringent, quæ dicentur.

§. VIII.

Inter *Concubinarios* primum deprehendimus, qui *plures* alunt fœminas, iisque pro lubitu ad compeſcendam libidinem utuntur, de ſobole vel procreanda vel educanda nihil ſoliciti: Hos naturam matrimonii haud ſequi, omnesque eius fines pervertere, in aprico poſitum eſt. Uno gradu meliores ſunt, quam qui venerem vagam exercent. Dimittunt quoque ſeu mutant concubinas, prout placet; vivunt in Polygamia; utrumque contra matrimonii inſtitutionem; ut taceamus alia.

§. IX.

Alii in *una* quidem concubina ſubſiſtunt, ſuſceptis quoque ex ea liberis quodammodo proſpiciunt; ſed mutant tamen eam, uti animus fert, ſeu oblata forte facies formoſior iuniorve novas voluptates ſpondet. Sed neque huius generis concubinatus ferri poteſt in Republica bene ordinata. Concubinæ ſic dimiſſæ, ſuasque res ſibi habere iuſſæ, contemtui habentur, quandam infamiæ maculam quaſi in fronte gerunt, poſt vitam luxu-

luxurioſe & molliter hactenus actam cum paupertate plerumque conflictantur, quam quovis modo, etiam turpiſſimo, e. g. ſeducendo puellas innocentes, easque ad idem voluptatis miniſterium, in quo ipſæ conſenuerunt, inſtituendo, ſublevare ſtudent: liberos autem in concubinatu editos vel nihil, vel parum ad ſe pertinere putant; quorum curam ſi concubinarius quoque abiiciat, nullis iam repudiatæ matris precibus, lacrumis, minis flectendus; fieri non poteſt, quin ipſi civitati magno ſint oneri, atque etiam probro. Quare, ſi nihil unquam de matrimonio ſtatuiſſet Scriptura, vel ſi ad nos nulla iam eius eſſet auctoritas; is profecto de bono publico peſſime mereretur, qui huius generis matrimonia, liceat per catachreſin aliquam hoc nomine uti, in favorem concubinatus excuſare, non dicam, ſuadere & commendare poſſit.

§. X.

Forte autem alia longe huius rei facies eſt, ſi quis *uni* tantum concubinæ, ſive *ad tempus*, cui tamen ſuccedere non debet alia, ne prior caſus recurrat; ſive *in perpetuum* ſe addicat, ſuſcepta etiam, utroque in caſu, cura ſobolis, ſic ut civitati nihil inde impendeat incommodi. Qui ad tempus tantum eiusmodi concubinas adſciſcunt, etſi cauſam habeant prioribus multo meliorem, tamen longiſſime abſunt a vero & honeſto matrimonio. Videri volunt in coniugio vivere, non in ſcortatione; ſed noluit Deus, coniuges iterum ſeparari, prout placuerit. cf. §. 1. cuius potius ſeparationis cauſas iuſtas ipſe definivit;

nivit; ſed ut de divortio plura dicamus, noſtri temporis iam non eſt. Deinde etiam hos premit, quod §. antec. obſervatum eſt; frui volunt deliciis, quas conſociatio cum altero ſexu offert, dum forma floret*, viresque iuveniles vigent, quibus exhauſtis ad priſtinam libertatem redire volunt, miſeramque concubinam, cui alia forte eademque conſtantior ſors obtigiſſet ſibi relinquunt, omnibus expoſitam fortunæ acerbitatibus, quibus nihil iam movetur, cui meliores annos ſuos illa dicaverat. Ita vero hominem ingenuum, honeſtum, officiorumque memorem, quæ aliis debet, perſonæ inprimis, quam in intimam ſecum familiaritatem admiſit, gerere ſe poſſe, quis affirmaverit? Nec liberis, cum concubina genitis, tantum, quantum par eſt, illi præſtant, nec præſtare adeo poſſunt. Communis eſto, vi inſtitutionis matrimonii, parentum circa liberorum educationem cura & ſolicitudo, nec anni poſſunt determinari, quousque perdurare debeat educatio. At, dimiſſa matre, & ab omni conſiliorum, ad promovendam liberorum ſalutem neceſſariorum, communione excluſa, quam parum exſpectandum erit a patre, quem iam ipſum indigni commercii pudet? Quis eſt, qui affectum mihi definiat, remota matre, erga liberos in tali patre reſiduum? Quicquid vero impedimento eſt, quo minus liberi educentur optima, qua fieri poteſt, ratione, id ferendum in Republica non eſt.

§. XI.

§. XI.

Quid vero? ſi quis *unam* tantum alat concubinam, eamque inferioris conditionis perſonam, cui *perpetuam fidem & ſpopondit & ſervat*; quam præ aliis ſub propoſito liberos ex ea ſuſcipiendi & educandi tori ſociam fecit; quam ſecum habitare, reique familiaris curam habere iubet; ſub his tamen limitationibus, in quas utrique conſentiunt: ut ipſa a nomine mariti abſtineat; ut inferiorem ordine & dignitate, etiam in rei familiaris cura, ſe agnoſcat & gerat; ut in bona mariti plus ſibi iuris non vindicet, quam ille liberrimo pacto conceſſit; ut in ipſa liberorum adeo educatione & deſtinatione ab eiusdem arbitrio pendeat, qui libere decernit, num ad ſuæ fortunæ, ſuæ dignitatis æqualitatem aliquem ex filiis admittere, quatenus quidem leges permittunt; ex filiabus autem, data lautiore dote, aliquam in eodem ſecum fortunæ gradu collocare velit; an vero & has & illos ad eandem conditionem demiſſos tenere, ex qua mater ſumta fuit. En tibi ideam matrimonii inæqualis, cuius maxime gratia tota hæc diſputatio inſtituitur.

§. XII.

Sed ſuperſunt quædam determinationes, quas hæc cauſa & admittit & poſcit, tum a perſonarum diverſitate, tum a libertate pactorum repetendas, in quibus ſuo quisque iure gaudet, conditionesque dare & accipere poteſt, prout videtur. Accura-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0024-4

ratius vero exponere hæc non poſſumus, niſi aliunde aliqua mutuemur. Invaluit, inter nationes certe occidentales, diſtinctio, qua omnes diſpeſcimur in perſonas ſive illuſtres, ſive non-illuſtres; & ſic quoque familiæ omnes. Utraque vero claſſis plures habet gradus; at neque hodie omnino definitos, neque forte definiendos unquam. In fundamentum philoſophicum huius diſtinctionis inquirere, noſtri fori non eſt, neque in valorem eiusdem moralem inveſtigare. Hoc certum eſt, imperium turcicum diu floruiſſe absque tam variis eorundem civium prærogativis, ex ipſa naſcendi conditione his, illis adhærentibus; cum omnes exiſtimarent, & ipſo facto experirentur, poſt Imperatorem eiusque ſolam familiam, omnem nobilitatem ex virtute eſſe. Sed nihil hæc ad nos; ſumimus rem, uti eſt. Itaque hoc iam licebit ſtatim ſubiicere, his ſuppoſitis, inæquale matrimonium dici debere, quotiescunque perſona illuſtris iungitur cum non - illuſtri, ſive illuſtris eminentioris gradus cum alia illuſtri dignitatis minoris. Etiam perſonæ non illuſtres, pro varia hominum conditione & fortuna, videri poſſunt matrimonia inire inæqualia; horum vero univerſa ratio vel ex pacto eſt, non ex nativitate, uti in perſonis illuſtribus; vel Horatianum illud obtinet:

Ne ſit ancillae tibi amor pudori.

§. XIII.

Deinde a multis retro ſeculis *benedictio* ſive *conſecratio matrimonii ſacerdotalis* inter Chriſtianos viget. Ad eſſentiam matri-

trimonii eam pertinere nemo dixerit, niſi qui matrimonium ipſum habet pro Sacramento [q]). Multi quidem in ea fuerunt opinione, conſecrationem hanc ſacerdotalem ſemper & a primis ſeculis in Eccleſia viguiſſe, quam in rem plura adeo loca ex ſecundi & ſeqq. ſeculorum Patribus allegantur [r]): ſed dudum oſtendit GODOFR. ARNOLD [s]), loca iſta non probare, quod probandum erat. Neque enim ſtatim *copulam ſacerdotalem*, qualis nunc obtinet, invenire debemus, ubicunque de bonis votis piisque precibus pro coniugatis, ab epiſcopo ſeu presbytero, ob alias forte rationes, e. g. conſanguinitatis ſeu affinitatis nexum, factis ſermo eſt [t]). Falſum quoque eſt, quod primi Chriſtiani ea in re imitati ſint Judæos; nihil enim Moſes circa inaugurationem matrimonii præſcripſerat, & quæ recentiores Judæi obſervant, a primis Chriſtianis non potuerunt ad imitationem trahi [u]). Quo tandem ſeculo cœperit eiusmodi

q) Vid. utriusque partis rationes apud GERHARDUM *in LL. T. XV. p.* 393. *ſqq. Edit. rec.*

r) Vid. BALTH. HAUGII *chriſtl. Alterthümer p.* 497. *ſqq.*

s) *In der Abbildung der erſten Chriſten L. VI. Cap.* 1. §. 8. *p.* 668. *ſq.*

t) Idem ARNOLD. *l. c. p.* 669.

u) MICHAELIS *Moſ. Recht. P. II. p.* 100. *Da Moſes ſelbſt gar keine Trauungsgebräuche verordnet, ſo kann es einem Leſer des Moſaiſchen Rechts ſehr gleichgültig ſeyn, was für Gebräuche zu Moſis Zeit bey dem Anfang einer Ehe üblich waren. So viel iſt*

modi ſacerdotalis coniugii conſecratio, non liquet; poſteriores demum ſec. VI conſtitutiones imperatoriæ mentionem eius faciunt; ex quo patet, cœpiſſe illam, cum ordo eccleſiaſticus iam multa alia nova in Eccleſiam introduxerat. Poſt hæc omnia vero in confeſſo eſt, benedictionem ſacerdotalem, utut mere humanum, & incertæ adeo originis, tamen utiliſſimum inſtitutum eſſe, ex quo in ipſam civitatem maxima manant commoda, cuius ſæpiſſime plurimum intereſt, verum & legitimum matrimonium ſuo confirmari teſtimonio certo ac indubitato, quod ſi ipſa Eccleſia præſtet, nihil poteſt contradici. Sed ſubſtitui quoque poteſt, absque benedictione ſacerdotali, teſtimonium mere civile eiusdem validitatis, uti in *Belgio foederato* inter ſectas ibi toleratas, quarum valida ſunt matrimonia, etiam non confirmata per benedictionem ſacerdotalem; irrita vero, utut inaugurata & conſecrata a miniſtro, quotiescunque civili iſto careant teſtimonio x).

iſt gewiß, daß er keine eingeſezt hat, und daß der Prieſter nichts mit dem, was wir Trauung nennen, oder allgemeiner zu reden, mit Einweihung der Ehe zu thun hatte; folglich, daß unſere prieſterliche Einſegnung kein Ueberbleibſel des Moſaiſchen Rechts iſt.

x) Henr. Ludolph. Benthem. *im Holl. Kirch. und Schulſtaat P. I. p.* 348. *ſq. Welche der Ref. Lehre nicht zugethan ſind, werden auf dem Stadthauß proclamirt, und daſelbſt auch von einigen Rathsperſonen, ohne prieſterliche Einſegnung, copulirt, welches dann ohne einige Weitläufigkeit zugeht. — Sollten ſich Lutheraner, Papiſten, Remonſtranten, Taufgeſinnte und andere*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0027-1

Cur tantum his immoremur, mox apparebit. Ingreditur quippe aliquoties in ipſum matrimonii inæqualis ideam omiſſa, ſeu alterata benedictio ſacerdotalis.

§. XVI.

His præmiſſis, & ſuppoſito generali matrimonii inæqualis conceptu, §. XI. ſpecies eiusdem enumerabimus, ſingularumque valorem moralem æſtimabimus. Nequit autem hæc diviſio generis in ſuas ſpecies rigori logico ſubiici, aut ſecundum rationes philoſophicas unius ab altero diſcrimen oſtendi; dicendum potius eſt, quid obſervatum hactenus ſit, & quo quodque veniat nomine. Neque vero etiam in hoc omnes conveniunt. Sic nobis non omne matrimonium inæquale etiam eſt *matrimonium conſcientiae*, neque pro ſynonymis habemus *matrimonium inaequale & clandeſtinum* [y]). Diſtinguimus etiam *matrimonium conſcientiae* ab ipſo *matrimonio ad morganaticam.* Alii viciſſim ſuo in hac re gaudeant arbitrio; noſtra methodus ſua ſe, ut putamus, ſimplicitate commendabit & claritate.

§. XV.

andere durch ihre Lehrer laſſen copuliren, und hätten ſolches nicht auch auf dem Stadthauß von dem Ref. Rath thun laſſen, wird ſolche Ehe nicht für gültig erachtet. Hergegen ſchadet es ihnen nicht, daß ſie in ihrer Gemeinde nicht ſind zuſammengegeben, und zur Ehe eingeſegnet, wann es nur von der Obrigkeit geſchehen iſt.

y) Quod aliter viſum eſt MILLERO *l. c. p.* 213.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0028-7

§. XV.

Liceat primo in *matrimonium ad morganaticam* commentari, utpote quod prius inter nos cognitum, & a pluribus retro ſeculis celebratum fuiſſe conſtat. Inſignitur quippe hoc nomine matrimonium, quod Princeps aliquis ſeu Nobilis cum fœmina inferioris, etiam plebeii ordinis contraxit plane ſecundum præſcriptum Eccleſiæ, quoad finem, durationem, inaugurationem, aliaque legitimi matrimonii requiſita; ſub ea tamen conditione, ut renunciare debeat fœmina, tum pro ſe, tum pro liberis, ex tali matrimonio oriundis, titulis, dignitatibus, bonis mariti, & in iis acquieſcere, quæ, in locum hæreditatis, a perſona illuſtri eiusque domo, per liberum pactum, matri eiusque liberis fuere promiſſa & confirmata. Non poſſumus pleniorem huius rei ideam exhibere, quam ſi ipſam formulam pacti in tali matrimonio uſitati afferamus ex Sam. Strykio, [z]) quæ hæc eſt;

1) *Daſs zwiſchen beyden verlobten Perſonen, ob zwar ſolche ungleichen Standes und Herkommens, eine rechte chriſtliche Ehe ſoll ſeyn und bleiben.*

2) *Die in ſolcher Ehe erzielte Kinder männliches und weibliches Geſchlechts ſollen recht und ehrlich geboren ſeyn, und gehalten werden. Jedoch*

z) *Opp. T. I. p.* 597.

3) *Daſs ſie ihres Herrn Vaters Titul und völlige Wappen zu führen ſich enthalten, noch auch*

4) *Mit denen aus der erſten (gleichen) Ehe gebornen Söhnen an dem Väterlichen, fürſtl. gräflichen und herrſchaftl. Stammgute Erben ſeyn; daſs ſie ſich*

5) *Eben ſo wenig der andern Fürſtl. Güter und Mobilien erblich anmaſſen, ſondern*

6) *Sich mit denienigen Schlöſſern, Dörfern und Gütern, welche zu ihrem Unterhalt in der Heyrathsabrede verordnet und beſtimmt, hinweg weiſen laſſen, und damit vergnügt ſeyn ſollen; und dann*

7) *Daſs die Mutter in den Fürſten und Grafenſtand keineswegs erhoben werde, ſondern in ihrem angebornen alten Stande, allerdings und biſs an ihr leztes Ende verbleibe; ſich demnach*

8) *Des fürſtl. oder gräflichen Standes, Tituls, Wappen, Ehren und Würden gänzlich, ſo wohl gegen das fürſtl. oder gräfliche Hauſs und Unterthanen, als gegen andre, vor und nach ihres Herrn Todesfall enthalte. Wie ſie dann*

9) *Ihrer weiblichen Gerechtigkeit halber am Widdumb, Morgengabe, und anderer Abfertigung halber an dem fürſtl.*

oder

oder gräſl. Stammhauſs nichts fordern, ſondern ſich mit dem in dem Heyrathsgut verſchriebenen, und nach ihres Herrn ſeel. Tode eingeräumten Gütern vergnügen laſſen ſollen. Hæc pacta, pergit STRYKIUS, ſicuti conſenſu utriusque ineuntur, ita quoque ab utraque parte reverſales exhiberi ſolent.

§. XVI.

Derivatur hoc matrimonii genus plerumque a *Longobardis*, & mature fautores invenit Imperatores Germaniæ, qui hac ratione in locum concubinarum, quæ frequentiſſimæ erant in nobilitate germanica, ſurrogabant uxores, impares quidem & ſecundarias, ſed tamen legitimas, quarum liberi omni carebant macula, tam eccleſiaſtica, quam civili, & quibus, etſi impares erant dignitate patri, tamen ad ſummos in civitate & eccleſia regenda, honores aditus patebat. Denominatio ad *Morganaticam* ſive *Morgengabiam* ſemet ipſa explicat. Cum enim hæ uxores ſecundariæ in ipſa bona mariti nil juris acquirerent, ſed eo contentæ eſſe deberent, quod per pactum ſpeciale ipſis erat aſſignatum, hoc, quicquid erat, quaſi *donum matutinum* erat, quod novus maritus nuptæ poſt primam noctem offerebat, tanquam in pretium virginitatis. Audiamus PAULUM HACHENBERGIUM: [a]) *Praeter dotem dabatur* Morgengeba *ſeu* Morganigiba, *cujus rebra*

a) *In Diſſertatt. de Germania Media Diſſ.* 3. *VII. p.* 163.

crebra in Legibus Ripuariis, Alamannicis, Burgundicis, Longobardicis, mentio occurrit. Gregorius Turonenſis *interpretatur* Donum matutinale, *dum L. IX. C. XX. ſcribit: Tam in dote, quam in Morganigiba, hoc eſt, matutinali dono. Quae verba ſatis indicant, diverſam fuiſſe a Dote, etſi utraque fieret a ſponſo, vel ſponſi parente; quod &* Marculphus Monachus *L. II. Form. XV. obſervat. Nimirum* Morganigiba *more Germanorum ultra dotem donari ſolebat ſponſae virgini, quum matutino tempore, unde nomen adhaeſit, e thalamo ſurgeret: veteres Icti graeca dictione* Parapherna *dixere. Quanta autem, quaeve fuerit apud Alamannos,* Morgengeba, *docent illa Legis verba Tit. LVII. §. III. Si autem ipſa foemina dixerit: Maritus meus dedit mihi Morgangheba, computat, quantum valet in auro, aut in argento, aut in mancipiis, aut in equo, pecuniam XII. ſolidos valentem. Sed apud Longobardos confunditur* Morgengeba *cum dote &c.* Alias denominationes exponant alii. Hæc adhuc Theologi eſſe videtur, quod hujus generis conjuges *ad ſiniſtram copulantur*, quaſi in ſymbolum, ſponſam non eſſe dignitate æquiparandam ſponſo, quod num ſemper factum ſit, equidem ignoro; ſed non opus eſſet hac præcautione, cum per pactum nuptiale ſingula jam ante, ut modo vidimus, ſatis ſint definita.

§. XVII.

§. XVII.

Matrimonium hoc verum, legitimum, honeſtum, publicum, ac plane chriſtianum dicere, nihil vetat. Habet ſingula, quæ ad matrimonium ex inſtitutione divina metiendum §. 1. requiruntur: quæ enim ex ordinis dignitatisve diverſitate ei adhærent ſingularia, ea prorſus humani arbitrii ſunt, quæ, ut nunc ſunt recepta, ſtare poſſunt, ſalva honeſtate negotii interna. Habet quoque hoc matrimonium eadem cum æquali jura & privilegia in foro. Uxor hæc ſecundaria, æque ac alia, de deſertione malitioſa, de adulterio, de retentis ſeu negatis ſibi ſuisque liberis alimentis, bonisve pacto promiſſis, actionem contra maritum inſtituere poteſt, & quæ ſunt alia. At ſunt tamen aliqua, quæ in eo deſideramus, & quare non exiſtere illud mallemus. Non ſatis convenire videtur primæ matrimonii inſtitutioni Gen. 1. in eo, quod inter utrosque, æque ad procreationem ſobolis concurrentes, & æque etiam ad ejusdem educationem obligatos, tantus obtineat hiatus; quo ipſa educatio vix poteſt non varie affici, impediri, turbari: ſed de hoc deinceps. Gravius nobis videtur, quod hæc matrimonia nonniſi ad avertendum majus malum ineantur: nimirum, ut a venere vaga revocentur filii principum poſtgeniti, nec tamen nimiis apanagiis oneretur ærarium principis regnantis Putemus autem, malo ipſi alia ratione, certe in multis caſibus, obviam poſſe iri. Ex. gr. Si principi regnanti nihil de ſua dignitate perit, ſi ſub titulo

 longe

longe inferiori inter exteros verſetur, cur non filius poſtgenitus, ſalvis ſuis juribus quibuscunque, aſſumto minori dignitatis gradu, & parem ſibi uxorem ducere poterit, & parem, ſumtu longe minori, alere familiam? Cum itaque illuſtriſſima domus non minus gloriari debeat in numeroſa progenie ac alia quævis; Pſ. CXXVII. 3 - 5. atque adeo incerta ſint familiarum fata remotiora, teſtibus exemplis recentiſſimis; optandum ſane eſt, ut pauciora ſubinde matrimonia hujus generis in familiis exſiſtant illuſtrioribus.

§. XVIII.

Matrimonium conſcientiae eſt, quando duæ perſonæ mutuam ſibi fidem conjugalem, & quidem in perpetuum, ſpondent, etiam procreandæ & educandæ ſobolis cauſa; ita tamen, ut, propter certas circumſtantias, de matrimonio ſuo ſemper occultando, adeoque nec benedictione ſacerdotali inaugurando, conveniant; quo pacto ſibi invicem ſola conſcientia obſtringuntur, cujus dictamen ſi alterutra pars vilipendat, perſonæ læſæ nihil actionis in lædentem ſupereſt, quia tam Civitas quam Eccleſia veritatem talis matrimonii ipſius prorſus ignorat. Hoc matrimonium inter Epiſcopum Meldenſem, Jac. Ben. Bossvetum, & nobilem foeminam de Moleonne ſubſtitiſſe perhibetur. [b]) Non enim poterat romanæ Eccleſiæ epiſcopus contra Eccleſiæ ſtatutum

b) Vid. Pfaffii *Hiſt. Litt. Theol. P. II. p.* 89.

tum aperte ſacere, & coelibatui renunciare; & quis inter omnes ejus ſacerdotes huic conjugio benedicere unquam auſus fuiſſet? At quia hujus generis matrimonia ſtudioſe occultantur, forte ſæpius exſtiterunt, vel exſiſtunt, quam Hiſtoria novit. De CRANMERO, Archiepiſcopo Cantuarienſi, idem aſſeritur. Nec damnandum videtur conjugium *Boſſueti:* legem eccleſiaſticam, ut vi injuſta obtruſam, vir hiſtoriæ peritiſſimus, nihil ad ſe pertinere exiſtimavit; illicitam ſeu vagam venerem abominationi habuit, ſcandalum publicum cavit, neque dubium eſt, quin liberos, ex hoc conjugio forte ſuſceptos, etſi non ut ſuos, ſolertiſſime educandos curaverit. Nihil itaque peccavit circa ſubſtantialia ipſosque fines legitimi conjugii; imperfectionis quidem aliquid matrimonium hoc ſecum ferebat, nec eas, quas per ſe poterat, in communi vitæ uſu delicias impertiebat; ſed maluit Epiſcopus paucioribus contentus eſſe, quam carere toto. Plane vero exulare ex ſuis terris hæc matrimonia vult Auguſtiſſimus Joſephus II. vi Edicti d. d. 29. May. 1783. *Die Religion, als die erſte Grundlage aller Geſeze, erlaubt es einem ledigen Mann, ein lediges Weib zu nehmen, und ſie macht keinen Unterſchied zwiſchen dem Rang und der Klaſſe der Menſchen. Ahnenſtolz und geſellſchaftliche Vorurtheile haben die ſogenannten Mariages de conſcience erfunden. Sie ſollen von nun an aufgehoben ſeyn, daſs ſie den öffentlichen Verkündigungen und Verbindlichkeiten, die aus einem Contract, wie die Ehe iſt, entſpringen, unterliegen müſſen. Wer erröthet, eine Handlung öffentlich zu bege-*

begehen, der muſs ſie heimlich bleiben laſſen; wer aber in einer Handlung ſein zeitliches Glück und Vergnügen zu finden glaubt, der muſs auch ſtandhaft genug ſeyn, allen Vorurtheilen Troz zu bieten. Hiernach ſind geiſtl. u. weltl. Behörden zu belehren. c)

§. XIX.

Atque hunc in modum ſemper reſponſum fuit a Moraliſtis & Theologis. GROTIUS ait: d) *Obſervandum hoc eſt, concubinatum* e) *quendam verum ac ratum eſſe conjugium, etſi effecti-*

c) Vid. *Acta Hiſt. Eccl. noſtri temp. T. IX. p.* 417.

d) *L. II. Cap. V. §. XV.*

e) Sumit GROTIUS hanc vocem ſenſu generaliore, uti nos ſupra §. XI. atque ex hac diverſa acceptione vocis ejusdem inprimis derivandæ ſunt controverſiæ olim agitatæ, unde multum iis admixtum fuiſſe Logomachiæ veriſſime judicatur. Experimur quoque, in hac ipſa Commentatione, linguarum inopiam, qua laboramus, ſi varias objecti determinationes ſuis ſingulas nominibus inſignire volumus. *Concubina* & *Concubina* valde differunt, nec tamen *concubina* eſt *uxor*; uxor *ſecundaria* ſ. *inaequalis* non eſt denominatio ſui objecti, ſed deſcriptio. Sic germanicum *Hauſsfrau*, de quo mox, antiquæ voci novam ideam ſubjicit; nec habeo latinum, quod illi reſpondeat. *Uxor* ſimpliciter, *materfamilias*, *hera*, *domina* nimium dicunt. In aliis contrarium obtinet; *uxor ſecundaria* deſcriptionem ſapit. Et ſic quoque in correlatis. Neceſſarium videbatur, hæc moneri. Pro noſtra methodo optime diſtingueretur inter *Concubinam, primi. ſecundi, tertii, quarti* ordinis. Sed detrectabit nomen *concubinae*, quæ per Legem ipſam *Hauſsfrau* ſalutatur.

effectibus quibusdam juris civilis propriis privetur, aut etiam effectus quosdam naturales, impedimento legis civilis, amittat. Exempli gratia, inter ſervum & ancillam jure romano contubernium eſſe dicitur, non matrimonium; attamen ad ipſam matrimonii naturam nihil deeſt in tali conſtitutione, quae propterea in antiquis canonibus γαμȣ nomine appellatur. — Atque hunc in ſenſum capienda ſunt verba Concilii Toletani primi: Caeterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tamen, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, conjunctione ſit contentus. — Pertinent huc, quod Theodoſius & Valentinianus concubinatum quendam vocant inaequale conjugium, & quod inde adulterii accuſatio naſci videtur. Concordat his plane VAN DER MUELEN f): *Habet hic ſermonem Auctor, non de quovis concubinatu, ſed ejusmodi, qui revera conjugium dici poteſt, ſcil. eo animo contracto, ut in perpetuum ſibi jungantur, & conjugali amore, ſobolis procreandae cauſa devinciantur contrahentes.* PUFFENDORF. g) *Addendum eſt aliquid de uxoribus velut ſecundariis, quae multis populis in uſu fuerunt. Tales nimirum, quae revera fidem conjugalem viro dant, & in arctiſſimam ſocietatem cum eodem coaleſcunt: ita tamen, ut vel propter inaequalitatem conditionis generisque, vel alias ob rationes in iuſtae matrisfamilias dignationem non adſciſcantur, nec earundem proli omne ius ſit, quod alias filiisfamilias communiter competit.* — *Patet autem, illud potiſſimum introductum ob*

f) *In Comm. in l. h. T. II. p.* 110.

g) *L. VI. Cap. I. §.* 36.

conſervationem illuſtrium familiarum, aut in favorem priorum liberorum, vel denique ob melius tolerandos ſumtus, qui ex moribus civitatum alias in iuſtas uxores erant faciendi. &c. Joh. Franc. Buddeus. h) *Poteſt etiam evenire, ut matrimonium inter perſonas diverſae dignitatis atque conditionis ineatur, ea quidem lege, ut, qui ex tali matrimonio naſcuntur, liberi, inferioris conditionis eſſe cenſeantur, quam pater eſt. Vocari ſolent eiusmodi matrimonia ad morganaticam, & in ſe ſpectata nihil continent, quod legi divinae repugnat. Imo ex Scriptura huc referri ſolet exemplum Abrahami, qui cum Hagara & deinceps cum Ketura matrimonium iniit ea lege, ut liberi ex hiſce uxoribus nati dona acciperent, integra haereditate Iſaaco relicta.* Godofr. Lessius: i) *Eine Gewiſſensehe, und Ehe ad Morganaticam aber, wann zwey Perſonen ſich zur Erfüllung des Zwecks der Ehe, auf Zeit Lebens, nur ohne öffentliche Formalitaeten — oder ohne die bürgerlichen Wirkungen verbinden, — ſind, wie man ſieht, wahre Ehen.* Atque hi ſufficere nobis poſſunt.

§. XX.

Metuendum nunquam erat, fore, ut vel *matrimonia ad morganaticam*, vel quæ *conſcientiae* vocantur, nimis frequentarentur inter homines, ſicque non tam opus erat, ut utriusque incommoda in luce ponerentur, quam potius, ut vera

h) *In Inſtitut. Theol. Mor. p.* 567. *ſq.*

i) *Chriſtl. Moral.* §. 219. *p.* 335.

vera & legitima, quamvis non æqualia, matrimonia illa eſſe aſſereretur. Hodie vero aliud matrimonii inæqualis genus caput extollit, neque clandeſtinum, neque ad perſonas, quas vocamus, illuſtres reſtrictum, quod procul dubio amplius ſe diffundet, adeoque etiam, ſi vitii quid alit, tanto plus nocebit. Non res hactenus exemplo prorſus caruit; at vero frequentiſſima inſtare videntur, ex quo publica auctoritate in terris *Brandenburgicis* munita ſunt. Quod Theologus in hanc cauſam me immiſceam, de eo dictum eſt in Prooemio. Licebit Theologo quoque, ſalutis publicæ amorem teſtari, & *ſuis* armis malum, quod illi minatur debellare; cumque alios eruditos ipſe *perilluſtris* CARMERUS excitaverit [k]), ut libere examinandas ſibi ſumant ipſius poſitiones, neque in nobis erit piaculum, idem facere. Jam exſtiterunt, qui humaniſſimæ provocationi reſponderunt, præmiis quoque ornati; num vero hanc quoque chordam tetigerint, equidem iam ignoro. Cæterum non opus erit obſervatione, reverentiam, ſummis viris ſive, ſi placet, regiæ dignitati debitam, ne verbulo quidem a nobis iri offenſum.

§. XXI.

Quid permoverit Virum perilluſtrem, ad tam ſtrenue ornandam hancce Helenam, ipſe expoſuit: [l]) *Der täglich höher ſteigen-*

k) *Vorerinnerung zum Entwurf eines allgemeinen Geſezbuchs für die preuſſiſchen Staaten p. 9.*

l) *Entwurf I. Th. p. 128. in Nota.*

ſteigende Luxus iſt unſtreitig eine Haupturſache der unter den obern Ständen des Staats überhand nehmenden Eheloſigkeit. Ein ſogenannter Wohlſtand, gegründet auf herrſchende Vorurtheile, die durch Verbots- oder Aufwandsgeſeze vergeblich bekämpft werden würden, verbindet Männer vom Adel und andere, die in höhern Bedienungen ſtehen, zu einem Aufwande, der ſehr oft der Beſchaffenheit ihres Vermögens, und den Einkünften ihrer Aemter nicht angemeſſen iſt. Dieſer Aufwand ſteigt ins doppelte, drey- und vierfache, wann ſie heyrathen und eheliche Kinder zeugen; die Unmöglichkeit, Frau und Kinder ſtandesmäſig unterhalten, verſorgen und etabliren zu können, ſchrökt ſie vom heyrathen ab, und nöthiget ſie, ihren Beytrag zur Bevölkerung entweder zu unterdrüken, oder an feile Dirnen zu verſchwenden; oder den Frieden frembder Ehen zu ſtören, oder im beſten Fall ſich mit Maitreſſen zu behelfen. Wie wenig Verbindungen dieſer lezten Art geſchikt ſind, dem Staate den aus der überhandnehmenden Eheloſigkeit entſtehenden Schaden zu erſezen, lehret die Erfahrung.

Die gemeine Meynung des Volks, welche zwiſchen Maitreſſen und Huren keinen Unterſchied kennt; und die durchaus willkührliche Auflöſsbarkeit ſolcher Bündniſſe würdigen die ſogenannten Maitreſſen nicht nur in der Achtung anderer, ſondern auch in ihrer eigenen, und eben dadurch auch in ihrer Denckart und Geſinnungen ſo tief herab, daſs ſo wenig die Fähigkeit, als die Neigung, den Pflichten einer guten Hauſsfrau und einer ſorgfältigen Mutter Genüge zu leiſten, von ihnen erwartet werden

den kann. Eben dieſer meiſt gegenſeitige Mangel der Achtung, und die Ungewiſsheit der Paternität von Kindern, die aus einem eben ſo leichtſinnig aufgelöſsten, als geknüpften Bande entſpringen, wirkt bey den Vätern Kaltſinn und Liebloſigkeit in Abſicht der Erziehung und Bildung ſolcher Kinder. Das Maitreſſenhalten, ſo wie es in unſern Tagen ſo ſehr üblich iſt, befördert folglich nicht nur keineswegs eine dem Staat vortheilhafte Bevölkerung; ſondern iſt ihr auch in den meiſten Fällen ſchädlich.

Es muſste daher auf ein anderes Mittel, der aus dem Luxus entſpringenden Eheloſigkeit abzuhelffen, gedacht werden; und dafür hat man die bey den alten Römern ſo wohl, als bey unſern deutſchen Vorfahren, unter dem Namen des Konkubinats bekannte Ehe zur linken Hand, als das ſchiklichſte angeſehen.

Man hat ſie aber nur als Ausnahme von der Regel, und nur in ſolchen Fällen zugelaſſen, wo wirklich überwiegende, oder doch Nachſicht verdienende, Motiven da ſnd, die einen Mann von Einſchreitung einer vollgültigen Ehe zurükhalten können. Dann daſs, an und vor ſich betrachtet, dieſe leztere, ſo wohl in Abſicht auf Sitten und Grundſäze, als in Verhältniſs gegen das äuſſere Wohl des Staats, der Ehe zur linken Hand weit vorzuziehen ſey, iſt keinem Zweifel unterworfen.

Itaque tota hæc cauſa in mero colliſionis ſtatu verſatur: Poſcit Reſpublica novam numeroſioremque ſubinde ſobolem.

 Sed

Sed luxus obſtat, quominus multi juſtum & æquale matrimonium contrahant. Luxus vero nec poteſt nec debet debellari ac reprimi. Ergo in locum juſti matrimonii ſubſtituuntur matrimonia ad ſiniſtram. Dabimus tantisper, recta ſe habere has ſubſumtiones, & etiamnum erit quæſtio: Annon medela mali pejor ſit, quam malum ipſum?

§. XXII.

Ut vero totius hujus negotii natura penitius perſpiciatur, quo neglecto ſolidum & ſobrium judicium de eo fieri nequit, audiamus jam potiores quasdam *Perilluſtris Auctoris* poſitiones:

§. 610. *Ehen zur linken Hand können nur Mannsperſonen vom Adel, oder ſolche ſchlieſſen, die in königlichen Dienſten den Rathscharacter erlangt haben.*

§. 611. *Auch dieſen wird die Ehe zur linken Hand nur alsdann geſtattet, wann ſie aus einer vorhergehenden vollgültigen Ehe Kinder am Leben, oder kein zum ſtandesmäſigen Unterhalt einer Familie hinreichendes Vermögen haben.*

§. 613. *Alles, was zur Schlieſſung einer vollgültigen Ehe gehört, wird auch bey der Ehe zur linken Hand erfodert.*

§. 614. *Nur allein die Ungleichheit des Standes macht hier kein Hinderniſs.*

§. 617.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0042-3

§. 617. *In dem Ehecontract muſs der Verlobten jedesmal eine gewiſſe Abfindung, zu ihrem auskömmlichen Unterhalt, auf den Fall der wieder getrennten Ehe, beſtimmt ſeyn.*

§. 623. *Der Vollziehung der Ehe zur linken Hand muſs, wie bey der vollgültigen Ehe, ein dreymaliges Aufgeboth in der Parochie beyder Verlobten voran gehen.*

§. 625. *Die Vollziehung der Ehe zur linken Hand geſchieht dadurch, daſs beyde Theile vor dem Landesiuſtiz-Collegio der Provinz, oder einer von ihm ernannten Gerichtsperſon, den Innhalt des Ehecontracts perſönlich genehmigen. &c.*

§. 626. *Nach dieſer gerichtlichen Vollziehung können die Verlobten, wann ſie es gut finden, ihre Verbindung auch durch einen Prediger einſegnen laſſen; es erlangt aber ſolche keine gröſſere Wirkſamkeit.*

§. 627. *Die Verlobte erhält durch die gerichtliche Vollziehung der Ehe zur linken Hand den Namen der Hauſsfrau.*

§. 628. *Alle perſönliche Pflichten, welche bey denen in vollgültiger Ehe lebenden Perſonen ſtatt finden, gelten, der Regel nach, auch von denen, die eine Ehe zur linken Hand geſchloſſen haben.*

§. 629. *Die Hauſsfrau erlangt jedoch weder den Namen, noch den Stand und Rang ihres Mannes, ſondern behält denjenigen, welchen ſie vor der Ehe gehabt hat, bey.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0043-9

§. 630. *Sie tritt nicht in die Familie des Mannes, und darf ſich ſeines Wappens nicht bedienen.*

§. 635. *Die Hauſsfrau kann von dem Manne nur eine ihrem Stande gemäſſen Unterhalt fordern.*

§. 638. *Der Hauſsfrau verbleibt die uneingeſchränkte Verwaltung ihres geſammten Vermögens.*

§. 639. *Der Mann kann auf den Niesbrauch deſſelben keinen Anſpruch machen.*

§. 640. *Die nach Statuten oder Provinzialgeſezen unter Eheleuten obwaltende Gemeinſchaft der Güter entſteht nicht durch eine Ehe zur linken Hand.*

§. 641. *Auch durch Verträge kann unter ſolchen Eheleuten eine Gütergemeinſchaft nicht eingeführt werden.*

§. 646. *Während der Ehe kann der Mann ſeiner Hauſsfrau keine gültigen Geſchenke machen, ſo lange Kinder oder Enkel aus einer vollgültigen Ehe vorhanden ſinb. Et v. v. ∬. 651.*

§. 647. *Sind dergleichen Kinder oder Enkel nicht vorhanden, ſo ſind die Geſchenke unter ſolchen Eheleuten eben ſo gültig wie unter Frembden.*

§. 648. *Was die Hauſsfrau von dem Manne an Iuwelen, Koſtbarkeiten, und überhaupt zur Pracht erhält, wird im zweifelhaften Fall nur für geliehen geachtet.*

§. 655.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0044-5

§. 655. *Wird ſolche Ehe durch den Tod getrennt, ſo bleibt es dem Gutfinden des Mannes überlaſſen, ob er die Traur als Wittwer anlegen wolle.*

§. 656. *Die Hauſsfrau hingegen muſs, wie eine andere Wittwe ihres eigenen Standes trauren.*

§. 669. *Vergehungen, die nur in einem höhern Grad, die Trennung einer vollgültigen Ehe begründen, berechtigen auch in einem niedrigern Grade den Mann, die Aufhebung einer Ehe zur linken Hand zu ſuchen.*

§. 674. *Sterben die Kinder, zu deren Gunſten der Mann nur eine Ehe zur linken Hand geſchloſſen hat, und will er nunmehr eine vollgültige Ehe ſchlieſſen; ſo kann erſtere auf ſein Anſuchen getrennt werden.*

§. 675. *Ein gleiches findet alsdann ſtatt, wann der Mann durch Erbſchaften oder andere Glüksfälle zu dem Vermögen eine Familie ſtandesmäſig zu erhalten gelangt iſt.*

§. 676. *Doch iſt in beyden Fällen die Trennung der Ehe zur linken Hand nur alsdann zuläſig, wann der Mann die Hauſsfrau, wegen Ungleichheit des Standes nicht vollgültig ehelichen kann; oder dieſe zu einer ſolchen vollgültigen Ehe ſich nicht bequemen will.*

§. 677. *Auch die Hauſsfrau kann die Trennung der Ehe zur linken Hand ſuchen, wann ihre Vermögensumſtände durch Erb-*

Erbſchaften oder Glüksfälle ſich dergeſtalt verbeſſern, daſs ſie nunmehr eine vollgültige Ehe ſchlieſſen kann.

§. 678. *Dergleichen Ehe aber kann ſie mit einem andern nur alsdann eingehen, wann der vorige Mann, die vollgültige Ehe mit ihr zu ſchlieſſen, verweigert, oder daran durch die Geſeze verhindert wird.*

§. 679. *Mit beyder Theile Bewilligung kann die Ehe zur linken Hand zu jeder Zeit getrennt werden.*

§. 680. *Es bedarf dazu keines Proceſſes, noch Erkenntniſſes, ſondern nur einer Erklärung, welche beyde Theile vor dem Landesiuſtiz-Collegio, oder deſſen Commiſſario perſönlich abgeben.*

§. XXIII.

Sed videamus etiam, quid de liberis præcipiatur ex tali matrimonio ortis m).

§. 406. *Kinder aus einer Ehe zur linken Hand werden unter eben den Umſtänden für rechtmäſig gehalten, wie ſolches bey Kindern aus vollgültiger Ehe im erſten Abſchnitt verordnet iſt.*

§. 607. *Dergleichen aus einer Ehe zur linken Hand erzeugte Kinder führen nicht den Namen des Vaters.*

§. 408. *Sie treten nicht in ſeine Familie, und können auf die Vorrechte ſeines Standes und Characters keinen Anſpruch machen.*

§. 409.

m) *Entw. Zweyter Abſchn. p. 226. ſq.*

§. 409. *Dargegen führen ſolche Kinder den Namen der Mutter.*

§. 410. *Sie treten in die Familie der Mutter, ſo weit dieſe Familienrechte gehabt, und auf ſie hat übertragen können.*

§. 411. *Iſt die Mutter von Adel, ſo dürfen dannoch die Kinder ſich adelicher Vorrechte und Unterſcheidungen nicht anmaſſen.*

§. 412. *Kinder aus einer Ehe zur linken Hand haben von den Eltern Unterhalt und Erziehung zu fordern.*

§. 413. *Beydes ſind jedoch die Eltern nur ſo einzurichten verbunden, wie ein handwerktreibender Bürger, ſeine in vollgültiger Ehe erzeugte Kinder zu ernähren und zu erziehen verpflichtet iſt.*

§. 414. *Eben dieſes Verhältniſs dient auch bey der Wahl der künftigen Lebensart, und bey der Ausſtattung ſolcher Kinder zur Richtſchnur.*

§. 415. *Auſſerdem finden zwiſchen Eltern und Kindern aus einer Ehe zur linken Hand eben die perſönlichen Rechte und Pflichten ſtatt, wie zwiſchen denjenigen, die durch Zeugung aus einer vollgültigen Ehe, unter ſich verbunden ſind.*

§. 419. *Sind Kinder aus der Ehe zur linken Hand, bey des Vaters Abſterben noch nicht erzogen und ausgeſtattet, ſo muſs das zu ihrer Verpflegung und Ausſtattung erforderliche,*

aus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0047-2

aus dem Nachlaſs angewieſen, und von den Erben ſicher geſtellt werden.

§. 420. *Hat der Vater über ſeinen Nachlaſs diſponirt, ſo hat es dabey ſein Bewenden.*

§. 421. *Doch kann er den Kindern durch eine ſolche Diſpoſition, die nach §. 419. ihnen gebührende Verpflegung und Ausſtattung ihnen nicht entziehen.*

§. 422. *Hat er nichts diſponirt, und verläſſt Deſcendenten aus vollgültiger Ehe, ſo gebührt den Kindern aus der Ehe zur linken Hand kein Erbtheil.*

Mittimus reliqua.

§. XXIV.

Iam vero quid ſtatuendum erit de his matrimoniis, univerſaque circa illa diſpoſitione? In eo quidem, quod multum illis præferenda ſint matrimonia æqualia, conſentientem habemus *Virum Perill.* Quis enim de hoc dubitaverit? Itaque, ſi poſſumus, tantum debemus aſſequi, ut præſtantius iudicent, quorum heic cauſa agitur, vel cœlibem, at caſtum agere vitam, vel matrimonium inire æquale, etiam ſub quibuscumque incommodis, cum eo forte connexis. Primum ergo, quod reſpondemus, hoc eſto, ſine controverſia pro veris & legitimis, etiam piis

&

& chriſtianis, matrimoniis habenda illa eſſe, nec in ſe defectu laborare, niſi hoc, quod non ſunt æqualia. Adſunt ſubſtantialia matrimonii, conſenſus & finis ad procreationem & educationem ſobolis tendens; nec, quod vir & fœmina cum liberis non eadem gaudent dignitate, veritati ac honeſtati ejus quicquam derogat, cum omnis conditionis diverſitas, variæque inter homines prærogativæ, inſtituti mere humani ſint; benedictio quoque ſacerdotalis, quæ adhiberi poteſt & non poteſt, (§. 626.) ad eſſentialia coniugii non pertineat. Cf. ſupra §. XIII. Sed poteſt aliquid, in ſe conſideratum, ſatis bene ſe habere, quod per ſua concomitantia & conſequentia vitioſiſſimum fit. Sic in eo jam valde peccatur, quod huius matrimonii inæqualis idea indiſſolubilitatem conjugii, quam Scriptura, paucis caſibus exceptis, toties commendat, & ipſa natura ex rationibus haud contemnendis ſuadet, pene tollit, dummodo utraque pars in diſſolutionem conſentiat, quod obtineri facile poteſt; (§. 679.) certe per artes varii generis. Accedit, quod hæc ipſa diſſolutio a tam multis caſibus, vere fortuitis, ſuſpenditur, (§§. 674. 675. 676. 677. 680.) ut nihil unquam in tali coniugio certum conſtansque dici poſſit. Sic vero toti matrimonio ſimpliciter natura pacti civilis induitur, quod omni tempore mutuo conſenſu æque tolli poteſt, ac prius per conſenſum fuit initum. Nimia autem in concedendis divortiis facilitas quantum incommodi ſecum ferat, quas confuſiones & turbas in familiis, adeoque in civitate quoque, excitare poſſit, dudum Icti agnovere non minus quam Theologi, ipſæque terræ boruſſicæ triſte eius rei experi-

perimentum fecerunt, teſte ſatis luculento Edicto regio d. d. 17. Nov. 1782. [n])

§. XXV.

Deinde tota hæc diſpoſitio duo ſupponit, quorum veritas multis adhuc dubiis ſubiacet. Prius eſt, melius ſic conſultum iri propagationi, de quo ego quidem valde dubito. Qui, ut liberos exoſculetur, tori ſociam ſincero ſibi animo jungit, liberos intendit, ſui nominis, ſuarum virtutum, ſuarum facultatum hæredes, in quibus etiam poſt mortem ſe victurum ſperat. Concidunt hi fines in matrimonio inæquali. Ergo, qui in eo ſubſiſtunt, potiorem rationem habere videntur libidinis, honeſtius, minore ſumtu ac ſine periculo valetudinis explendæ, quam τεκνογονιας. Alterum, quod ſupponitur, eſt, primam & ultimam magiſtratus curam in multiplicando civium numero poſitam eſſe debere. Noſtram non facimus hanc diſquiſitionem politicam; at hoc novimus, tutius confidi in civibus paucioribus, at bene educatis, bene nutritis, opulentis; quam in pluribus, quibus vita in egeſtate ducitur, & quævis alia terra æque pro patria eſſe poteſt. Certe *magnus Boruſſiae Rex* haud numero vicit in bello ſeptem annorum, ſed quod fortes, generoſos, conſtantes, milites habuit, qui turpe iudicarunt, ducem non ſequi ad immortalitatem contendentem. Tales autem animos ſane haud gigne-

n) Vid. *Acta Hiſt. Eccl. noſtri temp. T. IX. p. 76. ſqq.*

gignunt matrimonia nobiliorum cum ignobilioribus. Non quot, ſed quos & quales cives regio alat, ex noſtro iudicio primum videndum eſt; poteſt etiam abundantia civium laborari, quod de *Sinis* in confeſſo eſt.

§. XXVI.

De nimia matrimonii fuga apud homines certæ conditionis, pene univerſalis hodie ubivis terrarum querela auditur. Hoc quidem res facti eſt; inquiratur in cauſam. Hanc in *ſolo* luxu quærendam eſſe, quod paucioribus liceat eſſe tam beatis, ut ſumtibus in uxorem æqualem liberosque, ex æquali matrimonio ſuſceptos, erogandis poſſint ſufficere, valde dubium & anceps erit, quousque infinita proſtabunt exempla eorum, qui, bonis ad decenter alendam uxorem numeroſamque familiam inſtructiſſimi, tamen in cœlibatu vivunt. Cur unam rei cauſam in re graviſſima quaſi pro fundamento ponamus, cuius poſſunt eſſe plures? Credimus, hanc unam, ut honeſtiſſimam, a multis allegari; ſed num candide ſatis reſpondeatur, alia quæſtio eſt. Sine dubio licentioſa cogitandi vivendique ratio, à qua difficilline revocantur, qui ſemel ei victas manus dederunt; atque ſuppreſſus utplurimum verus patriæ amor potiori iure accuſantur, quam præmatura, de re familiari bene tuenda, nimia ſolicitudo. Et cur non pulcrum putemus, negligere nonnulla præiudicia ſeculi, bonisque opinatis ac vanis oſtentationibus renunciare, ut vera ac maiora bona im-

impetremus ? Quare & alibi, ubi non minus de diſſuadenda & minuenda matrimonii fuga ſeria conſilia agitantur, idem nondum in ſubſidium advocatum fuit matrimonium inæquale. *Luxus* idolum de ſuo loco nos haud deturbabimus; tam multiformis & lubrica eſt eius natura, ut acutiſſima ingenia politica in eo vel propugnando, vel impugnando, non multum adhuc profecerint. At hoc probare non poſſumus, iterum ſupponi, leges ſumtuarias non iri ſervatum, antequam datæ ſint; ſunt potius ſatis multi bene cordati viri, qui tales leges nullas dari, ægerrime ferunt. Poſſe vero ſervari, ſi ſerio velit magiſtratus, nonnulli Helvetorum pagi ipſo facto demonſtrant.

§. XXVII.

Atque ſic tandem ad primarium noſtræ cauſæ præſidium devenimus. Permiſſa ſunto hæc matrimonia inæqualia Nobilibus, atque inter reliquos civium ordines iis, qui, haud Nobiles, conſilarii regii ſunt, vel dignitate his æquipollent; nos uno *Honoratiorum* nomine omnes complectimur : utrisque vero ſub ea tantum conditione permiſſa ſunto, ſi ex alio conjugio æquali viduus liberos habeat ſuperſtites ; vel ſi docere poſſit talis conjugii Candidatus, ſe non eſſe ſatis opulentum, ad alendam uxorem familiamque ſibi dignitate parem. (§§. 610. 611.) Priori in caſu dudum cavere didicerant vidui liberis prioris matrimonii, ducendo aliam uxorem, parem omni-

omnino, ſed vel viduam, ſterilem ſub priori coniugio, vel provectioris forte ætatis virginem, ex qua nova ſoboles non facile ſperari poterat. Multis quoque aſſignata fuit certa bonorum portio, prioris conjugii liberis haud gravis, & ſuperſtiti demum uxori poſt mariti fata ſolvenda: quod ipſum conſilium novis his inventis multum eſſe præferendum, plurimi haud difficulter agnoſcent. Qui *Nobiles* huc allegantur, poſſunt noſtra pace ſub matrimonio *ad morganaticam* comprehendi, de quo non iterum dicemus. Superſunt itaque, quibus hoc privilegium indultum eſto, viri, non nobiles, ſed in dignitate tamen eminentiori, ſive militari, ſive civili, poſiti, ſive litterati, ſive minus; at ſemper ſuperiores, inter civium claſſes, mercatoribus, opificibus, agricolis. Ita vero iſte ipſe civium ordo, qui ordinarie plurimum habet ſubſidiorum ad inſerviendum publicae ſaluti, educando filios, moribus honeſtos & elegantes, ſcientiis excultos, etiam Patrum exemplo ad altiora quævis excitatos; iſte inquam ordo per matrimonia inæqualia ſemet ipſum infra ſuam dignitatem abiiciet, augebitque plebem; filios generans, non ſui nominis, quod interiturum prævidet; (§§. 407. 408. 409. 410.) tantum abeſt, ut in filiis, ſui ſimilibus, nominis perennitatem, in aliquod ſuorum laborum præmium, exſpectare poſſit. Alias lætantur bene animati homines, ſi quis infima ſorte natus virtute & meritis ad honores adſcendit; nihil majoribus, omnia ſibi debens: at hoc modo carebunt hi patres voluptatis inter omnes puriſſimæ ſenſu, dare ſeu dediſſe ſe Reipublicæ & nominis ſui & virtutum hæredes. Miror etiam quam

maxime, in noſtra tempora tale conſilium cadere potuiſſe. Quisque de perficienda liberorum educatione loquitur & ſcribit; at poteſt, qui vult, ſine pudore tori ſociam eligere, moribus rudem, plebeiis præjudiciis innutritam, vitæ ſocialis cultioris ignaram non modo, ſed adeo impatientem; idoneam quidem ad concipiendos enitendosque liberos, ſed ab educatione eorum plane removendam. Iterum fateor: in tota hac cauſa, mihi quidem exſtinctio libidinis pene omnem matrimonii ambitum emetiri videtur. Itaque circa τεκνογονιαν ipſam parum lucrabimur, ſive concubinas ordinario ſenſu admittamus, ſive uxores haſce inæquales.

§. XXVIII.

Porro, Deus, cum Evam Adamo daret, non tori tantum, ſed & vitæ ſociam ei dare voluit, amicam intimæ admiſſionis, dolorum æque ac gaudiorum participem, conſolantem maritum in adverſis, congratulantem ei in ſecundis rebus, cujus eadem ſemper, quæ mariti, cauſa eſſet. Inde diligere maritus uxorem tenetur, ut ſemet ipſum, non ut ſe longe inferiorem. Eph. V. 33. Inde encomia, bonæ & ſapienti uxori in Scripturis data, Prov. XII. 4. XIV. 1. XVIII. 22. XXXI. 10. ſqq. & ipſa experientia confirmata, quamvis hanc quoque regulam ſuas exceptiones pati, minime diffiteamur. Ecquis vero ſingula iſta Scripturæ effata congrue ſatis applicabit ad uxorem ſecun-

cundariam ? Liceat felicitatem, qua bonæ indolis uxor quælibet maritum impertitur, verbis Milleri, deſcribere, viri in his picturis uti ingenioſiſſimi, ſic exercitatiſſimi o): *Eine Frau, die einen aufgeheiterten Geiſt hat, und ſich eine beſtändige ſittſame Munterkeit in Gegenwart ihres Mannes zur Pflicht macht, kann unbeſchreibiich viel zur wachſenden Glükſeeligkeit der Ehe beytragen. Sie ſieht dem vom Rathhauſſe, oder vom Katheder nach Hauſs kommenden Manne am Fenſter entgegen, und empfängt ihn, mit dem kleinen Sohne auf dem Arm, bey ſeinem Eintritte mit einer heitern lächelnden Miene. Ihr Zimmer iſt ſeine Erquikung nach der Ermüdung, und eben die liebreiche Hand, welche ihm den Schweiſs ſanft von der noch gerunzelten Stirne wiſcht, verſcheuchet auch auf einmal alle Sorgen und geheime Unruhe: Unterdeſſen, daſs ſie in die Kirche eilet, um für den Geliebten, nicht koſtbare, doch ſchmakhafte Speiſen zuzubereiten, irret ſein Auge in der Stube herum, und weidet ſich an der Ordnung und netten Reinlichkeit. Dann ſchleicht er an ihren Nähpult, und bewundert die Spuren ihrer künſtlichen Finger. Unterdeſſen ſammlen ſich ſeine Kinder aus der Schule, und wetteifern ſich bey ſeiner Umkleidung. Izt ſezt er ſich ſorgenlos mit ihnen zu Tiſche, wird ſelber Kind, und läſſt ſich von ihnen aus dem Katechiſmus, aus der Hiſtorie oder Geographie belehren. Der gute Vater fühlet ſein Glük, theilt verdientes Lob aus, belohnet das fleiſſigſte; dann ſieht er doppelt vergnügt die preiſswürdigſte Gattin an, und ſie entdeckt ihm die*

o) *Fortſez. der Moſheimiſchen Sittenlehre P. VIII. p.* 285. *ſq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0055-6

die aufwallende Freude mit einer Freudenthräne, die in dem mütterlichen Auge zittert. Und nun ſteht er, ganz Empfindung und Dank gegen den Höchſten, auf, und betet mit der frommen Familie. O wie tief drükt ſich die Demuth und Inbrunſt der betenden Eltern, in die weichen Seelen der Kinder ein! Sie entfernen ſich. Der glükliche Mann entſchüttet ſich vollends ſeines Kummers: Hand in Hand entdekt er die Geheimniſſe ſeines Herzens der würdigen Freundin; und indem er ſie ihr mittheilt, verwandeln ſich alle dieſe traurigen und finſtern Geſtalten in ihren Händen plözlich. Der beſorgliche Verluſt wird, wo nicht Gewinſt, doch eine höchſtungewiſſe, und wenigſtens erträgliche Begebenheit. Die Anſchläge des Gegners verſchwinden. Dieſe Neze verwandeln ſich in ein Spinnegewebe, da die glaubige Chriſtinn dieſelben gegen das Licht der Vorſehung rükt. Mit welcher Geſchiklichkeit weiſſt ſie nicht die Pfeile des Verläumbders vor ſeinen Augen zu ſtümpfen, und ſeine Bruſt durch den ehernen Schild des guten Gewiſſens zu ſichern. Izt fängt er an, ſich den Sorgen und des vergeblichen Kummers zu ſchämen, und ſein Herz unſchuldigen Freuden zu öfnen. Sie legt ihm den Plan von ſeinem Hauſſe vor, thut Rechnung, verſchweigt verdrüſsliche nichts bedeutende Auftritte im kleinen Staate, beſchreibt andere kleine, ſelbſt alltägliche Scenen mit neuer Anmuth, und bereitet die männliche Bruſt vor, ihr über gewiſſe Angelegenheiten ſeinen Rath oder ſeine Befekle zu ertheilen. Dann reiſſt ſie den Faden der Erzählung, Frau über ihre Affecten, weiſslich ab, und zerſtreuet ſeinen Geiſt entweder durch eine der beſten Schriften, die ſie ihm

ihm mit Anmuth und Empfindung vorlieſt, oder mit einem Blat von den neueſten Begebenheiten der Welt, oder ſie führet ihn durch das Hauſs, ſein Gebiete, um ihn durch den Anblik der Ordnung völlig zufrieden zu machen. Und nun eilet er, voll Begierde, für ſein Glük dankbar zu ſeyn, wieder zu ſeinen Geſchäfften, frey von Hauſsſorgen. &c. Ferreus ſit, ne quid gravius dicam, cui ad hanc deſcriptionem non ſordeat inæquale matrimonium qualecunque. Sane illud non capit integram vim ſapientiſſimi dicti ſcripturarii: *Et erunt duo in carnem unam.* Gen. II. 24. coll. Matth. XIX. 5. Nec aliam inter iſtos duos communionem video, niſi quæ eſt inter herum ac famulam, hanc vero concubinam. Expreſſit autem MILLERUS ex parte tantum egregiam iuſti ac boni matrimonii imaginem ex dulciſſima coniugum conſuetudine, quatenus ſibi ſolis ſuisque liberis vivunt. At amicis quoque vivendum eſt. In hoc commercio, quo honeſtius, dignius atque ad vires reficiendas aptius levamen non invenit vir negotiis, curis & laboribus per diem diſtrictus, duas ſibi partes ſumit, qui parem uxorem iucundiſſimi conſortii ſociam habet: alter vero ſolus aſſidet, pene invidens amico hilariori, ac ſero apud ſe damnans amores, ſi verum dicendum ſit, ancillares.

§. XXIX.

Sic vero, præter opinionem, pene anticipavimus, quæ ſpeciatim de æque veneranda patrem inter & liberos, be-

ne natos, beneque educatos, relatione dicenda erant. Non datur vinculum arctius eo, quod inter gignentem eſt & genitum. Hunc ſenſum ipſa natura non homini tantum, ſed brutis adeo animantibus impreſſit; Scriptura quoque graviſſimas admonitiones eidem ſuperſtruxit, patribus amorem tenerrimumque affectum injungens, liberis reverentiam & obſequium. Pſ. CIII. 13. Matth. VII. 9. 10. Col. III. 20. 2. Prov. I. 8. 9. Aſt in coniugio inæquali filius potius matris ſe filium gerit, quam patris, a cuius nomine adeo ipſi abſtinendum eſt; (§§. 407. 408. 409. 410.) nec pater perpetuam filii curam in ſe recepit, nec ſibi formandum eum ſumſit, ſed ad certos usque annos, quaſi toleratum in domo pene aliena, ac pro matris, non patris, conditione nutritum ac veſtitum; (§§. 412. 413.) tandem exire domo, iubet ſive in piſtrinum, ſive ad ſellam ſutoriam; gaviſurum aliquando de bonis genitoris modica quadam particula, ſi quidem ipſius educatio vivente patre non ſit abſoluta. (§§. 419. 420. 421. 422.) Queri non poteſt filius, quia ex pacto cum eo agitur; ſed quæ facundia ipſi perſuadebit, honeſte ac pie cum ipſo agi; iure genitum eſſe eum non in patris, ſed in matris conditionem longe depreſſiorem? imo vero etiam infra hanc certo in caſu? (§. 411.) Eodem modo, quid pater ſibi reſpondebit, cum recognoſcit, potuiſſe ſe gignere filium in meliorem fortunam; genuiſſe vero, quem iam mallet non genitum? Sic tandem plane deſinit eſſe pater, ſi deſinere poteſt, qui affectu nunquam fuit. Et quæ fratrum in eadem domo paterna, partim ex æquali, partim ex

ex inæquali matrimonio genitorum, erit ſocietas? Quam atrocia, utut occulta, eiusdem genitoris animum ſubinde lacerabunt vulnera?

§. XXX.

De nique, erifamiliaris cura, quæ in æquiſſimo conjugio tot ſcopulos offendit, quæ lerna malorum erit in inæquali? Menſam inſtruit marito uxor ſecundaria, ſed ipſa tenuiore victu contenta eſſe debet. (§. 635.) Nihil illa ſibi acquirit, nihil ſuis liberis, etiamſi ſolertiſſima ſit, ſublata bonorum communione; retinet tantum, quæ ipſa habuit, quæque ex pacto poteſt depoſcere; (§§. 640. 641. 638. 617.) ne munuſcula quidem patris familias, qua in re infra communem ancillarum ſortem deprimitur, pro ſuis reputare poteſt, quousque non, mortuo largitore, pro circumſtantiis tum obviis, confirmata ipſi ſint. (§§. 646. 647. 648.) Ac ſi viciſſim eodem illa jure gaudet in bonis ſibi propriis, nec conferre quicquam tenetur ad ſuſtentandam rem familiarem; (§§. 638. 639.) hoc tamen beneficium valde erit exiguum. Vix enim credo, inæquale coniugium puellam eſſe inituram, quæ vel tantillum habeat facultatum. Et quis dicendo complectetur ſuſpiciones, jurgia, fraudes, quibus ſic lata porta aperitur? Utra pars iniuſte agat cum altera, plerumque difficillime eruetur; nec, ſi eruatur, via patet, qua quotidianæ hujus generis incurſiones poſſint præcaveri. Et quis iudicem aget? Auctoritas, inquis, heri, qui imperioſam & ingratam Hagarem domo exire

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0059-2

exire jubet? At neque hoc poteſt, niſi ipſa conſentiat; (§. 679.) ſive ob graviſſimas rationes magiſtratus ita ſtatuat; (§. 669.) quem forte ſingula reſcire, nolunt ipſæ partes litigantes.

§. XXXI.

Itaque, quoquo me vertam, nil video, niſi infinita incommoda, quæ matrimonium inæquale, *etſi in ſe non turpe*, certo premunt, cum contra commoda quam plurima præſtare poſſit ac debeat matrimonium æquale, niſi ipſi ſibi deeſſe velint coniugati. Qui, ut luxui ſerviant, nihil non patienter ferunt, eumque pluris faciunt, quam honeſtatem, ſive, ſi magis placet, decorum, etiam in rebus mediis; quam animi tranquillitatem, pacem domeſticam, vitæque curſum æquabilem; quique nec providentiam divinam noſtris rebus, maxime circa matrimonium, curandamque familiam, intereſſe credunt, quæ ſola animum addere poteſt coniugatis, ſive ampla ſit, ſive curta ſupellex; illi viciſſim ſuo fruantur iudicio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0061-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0062-5

Kr 3136

ULB Halle 3
005 814 219

VD 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0063-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0064-6

11. 92

DE MATRIMONIIS INÆQVALIBVS COMMENTATIO

AVCTORE

TOBIA GODOFRED. HEGELMAIER

THEOL. PROF. P. O. IN ACAD. TVBING.

P. 392.

Kr 3136

TUBINGÆ

IN OFFICINA LIBRARIA JOH. GEORGII COTTÆ

1786.

UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-669396-p0065-2